



**Regularvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regula CCXXXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](#)

Regulæ utriusque iuris selectæ. 129

Hanc regulam ampliat nouem modis, & limitat tripliciter Lam  
berti, in d. tract. in j. par. i. lib. artic. xv. viij. q. princ. nu. 10. fol. 66. co  
lum. ij. vers. ex omnibus.

REGULA CCXXXII.

EDICTVM de presentando, dicitur permisum, vt quilibet  
admittit possit, dummodo in ecclesia vel locis piis sit clericus, in aliis  
locis iuxta qualitatem eorum. Probatur hęc regula per totum,  
de iure patro. & xvij. q. viij. ita tenet Lambertii, in tract. iuris patr.

in par. ij. lib. in vij. q. princ. fol. 214. col. iii.  
Hanc regu. ampliat vndeclim modis, & limitat quinque modis,  
vbi multipliciter restungit has ampliations & limita. Lambert. in  
d. tract. in j. par. ij. lib. artic. xvij. viij. q. princ. nu. 7. fol. 221. col. 3. ver  
sicuex omnibus dictis.

REGULA CCXXXIII.

ELIGENS semel, non potest amplius eligere. Hanc regulam  
probat tex. in l. serui electione. in prin. ff. de leg. j. in l. apud Aufi  
diuum. ff. de opti. lega. in l. si his qui. ff. de procura. in reg. quod semel  
de regu. iur. lib. vij. cum aliis. Circa quam regulam vide ultra Doct.  
in supradictis locis, vide Io. Paponis in gl. ad consu. Borbon. §. 480.  
Pan. in consi. lxxxij. nu. 14. lib. j.

Hanc regulam cum sex amplia. & quatuor limitatio. ponit Rips  
in d. serui electione, a nu. 1. usque ad nu. 17.

REGULA CCXXXIV.

ELECTIO sola non tribuit ius electio. Hanc regulam pro  
bat tex. in l. publius. ff. de condi. & demon. & in l. bene a Zenone,  
C. de quadrienn. prescri. tex. not. in l. ex eo tempore, & ibi glo. quae  
allegat plures concordantes, in verb. electi. ff. de milita. testa. Abb.  
& Doct. in c. postquam. de electio. not. Parisi. in consi. xix. nu. 16.

I. Limita primo non procedere in electione facta per principem &  
quo casu statim administrare potest. vt in l. j. in prin. ff. ad leg. l. ul. de  
ambi. & in Auth. de collatori. in §. ad hęc iubemus. colla. ix.

Secundo fallit, quando superior habet necesse confirmare. Ut in  
l. quos spontaneos. C. de decurio. lib. x. quia nihil videtur dare. l.  
vnus ex familia. §. si de Falcidia. ff. de lega. ij. alias secus. d. l. ex  
eo. & l. j. C. de confir. tuto. & in Auth. matri & auiae. C. quando mu  
lier offi. tute. fun. potest.

Tertio fallit, per inuestituram, vel proximam cinguli acceptio  
nem: nam hęc est quędam confirmatio. Ut in l. ff. ff. de mili. testa.  
Quarto limita, procedere in consulatu, vel maioribus dignitatibus.

R bus: